



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Proximus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

to, intelligitur, nisi enormiter lædatur.

4 Promissio acceptanti nomine Ecclesiæ, vel Hospitalis facta, transfert dominium, secundum quosdam. Vide *Venditio*.

5 Qui puellam violauit, promittens fictè se eam ducturum, tenetur ducere, nisi sit admodum dispar conditio: tunc enim sat est alio modo satisfacere; quod si corrupta erat, sufficit ei pro iniuria satisfacere.

* Qui *3 Nau. c. 16. n. 18.* nisi tanta sit inæqualitas, vt deceptam se dicere nequeat *Syl. Luxuria q. 5.* Si nequeat ducere, tenetur dotare, vel alio modo satisfacere, ad arbitrium boni viri. *Syl. l. c. De hac re vide P. N. l. 2. c. 3. n. 434.*

Quod si *3 Nau. c. 16. n. 19. in fine.*

Pro iniuria *3* Pro infamia 5. si virgo putabatur, idem dicit *Nauar. l. c.* de ea, quæ dolo, fraude, importunisve precibus cognita fuit: sed de importuniis precibus contrarium sentit *Carbo de restit. q. 35. P. N. l. 2. c. 3. n. 444.*

Proximus, vide Charitas, Corruptio.

Publicum, vide Manifestum.

Puer, vide Censura.

1: **P**Veri ante septennium non ligantur Ecclesiæ legibus; imò secundum quosdam, nec ante duodecimum censuris. Certè infantes non cõprehenduntur interdicto, nec prohibètur ingredi Monasteria: prohibentur tamen tẽpore interdicti sepeliri in loco sacro.

Y 7

*Puer: